Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello Conuentioneq ac aliis omnibus Juris remediis et defensa non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Stat sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Krzeminski Nanowskiemu Donat

1067 Comparens personaliter Coram officio et Actis Praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Jacobus Krzeminski Nobilis olim Alberti Krzeminski cum olim Nobili Anastazia Turzanska procreatus filius, licet corpore aeger mente tamen existens sanus a Terris Districtibusq Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subjiciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria se Recognoscentem post utrosq eosdem olim Parentes suos Jure naturalis successionis concernentes videlicet Roly Medwiczat ze trzema pomiarkami do teyze Roli nalezącemi inter metas ab una Philipkowska et Parowieca subdite Nobilis Alexandri Jeleski ab altera partibus ad granitiem Villa Smereczna sese protendentes in bonis Villa Jelo Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacentia et consistentia, cum omni praemissorum Jure Dominio

proprietate

proprietate, hæreditate, tituloq[ue] hæreditario, omnibusq[ue] et singu:
lis bonorum eorundem Vtilitatibus, fructibus, prouentibus
redditibus, commodis, emolumentis, et obuentionibus quibus:
uis, item cum ædificijs et structuris ad bona eadem pertinen:
tibus, attinentibusq[ue] et pertinendis generaliter Vniuersis, ni:
hil ex præmissis Iuris Dominij, proprietatis, hæreditatis
aut cuiusuis Competentiæ et prærogatiuæ pro se Recogno:
scente suisq[ue] Successoribus, aut quopiam alio reseruando
seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie
comprehensis generi per speciem et e Contra in nullo de:
rogando, Verum ita late, longe, circumferentialiterq[ue] prout
præfatorum bonorum hæreditas se in suis metis et limitibus
ab antiquo extendit et prætenditur, et prout eadem bona ipse:
met Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumq[ue]
concernebant, ac eidem legitime Seruiebant Iam ex nunc
et defacto Nobili Zachariæ Nanowski Nobilis olim Ale:
xandri de Ternawa Nanowski filio et ipsius Successoribus
dedit, donauit, inscripsit, et resignauit, prout dat, donat ac
titulo puræ meræ perpetuæ ac irreuocabilis donationis in:
scribit et resignat perpetuo, et in æuum, irreuocabiliterque
nec non de omnibus in genere Iuribus Lris gramicierum Pri:
uilegijs, Inscriptionibus quibusuis, bona eadem quouis modo
afficiens cedit et condescendit, omneq[ue] et integrum Ius
suum sibi ad præmissa Seruiens in personam eiusdem No:
bilis Zachariæ Nanowski Donatarij sui eiusq[ue] posterorum
totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporauit, pro:
ut transfert, transfundit, et incorporat præsentibus. In quæ qui:
dem bona Suprascripta donata, præmissaq[ue] omnia per præ:
sentes transfusa is idem Recognoscens Nobilis Iacobus
Krzeminski prænominato Nobili Zachariæ Nanowski Do:
natario suo eiusq[ue] posteris, iam ex nunc et de facto Coram
officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem

et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq Competentem et Nobiles duos die quacunq Nobuerit officiose acceptans per ipsum Nobilem Zachariam Nanowski Donatarium suum eiusq posteros, haec eadem bona praesentibus donata cum omni Iure Dominio propri: etate competentiaq et praerogatiua quauis tenendi, haben: di et possidendi, illisq quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad suos suorumq successorum quosuis beneplacitos Vsus fructus libere et effectualiter conuertendi perpetuo et diuiternis temporibus Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omni: bus summisq pecuniariis quibusuis habitis et habendis suprascripto Nobili Zachariae Nanowski Donatario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successo: res in dictis bonis praesentibus donatis, praemissisq omni: bus per praesentes transfusis, et ratione eorundem omni: um ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq Conditionis status et sexus cuius: uis existentium ex occasione suprascriptorum modo quo: uis exoriunda per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et officio Regni, semper to: ties quoties opus fuerit tueri, defendere, euincere, interce: dere, et eliberare, indemnemq cum posteris reddere, nec non bona praefata praesentibus resignata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterio: ribus super eisdem bonis praesentibus per se Recognoscen: tem donatis, cuicunq personarum modo quouis factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super ea: dem bona praemissaq omnia praesentibus resignata importatis et importandis, Iuciis denique et perlucriis processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu

Iuris

+

suis dependentibus, et in quovis Iudicio et officio Regni ostentis et obtinendis, in super praemissis omnibus praesentibus resignatis, modo quovis perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Subomissionem praefatam coram officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum praesentibus resignatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur, non denegare imo debebit, et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, possessionem et Usum fructum praemissorum omnium et singulorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire, nec adimere ipsumque Nobilem Zachariam Nanowski Donatarium suum ac ipsius Successores in dictis bonis praesentibus Resignatis, tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari, ita ut eadem bona praemissaque omnia, cum Universis eorundem Utilitatibus et Usufructibus, is idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis donationis Vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque Uti frui possit perpetuo et in aevum, irrevocabiliterque. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem Vel eius posteros suprascripto Nobili Zachariae Nanowski Donatario suo aut illius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum. Tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad solvendum succumbitis, ac prore aliqua principali ex praemissis non Completa Complenda Citatus

1067

4

existens mutuus Recognoscens sive eius successores Ad Instantiam Felicis Nlis Nanowski Donatary, sive aut illius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex hunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere, respondere, damna praefata Terrestria simpliciter absque corporali iuramento taxanda et edicenda luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum legatione, intra Vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bellis, conuocationeque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terlecka Krzeminskiemu et Nanowskiemu Cedit.

1068 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nlis

Anastasia.